

movebitur. An prodigium videmus in confictu Laurentij contrarium prodigio rubi? Ibi rubus ardebat, & non comburebatur; hic Laurentij caro comburitur, verum igne non ardet Laurentius. Ubi cor ardet, ardorem vel ulla caro non sentit. Hispanice: *El prodigio de la zarza abrase, pero no consume; el prodigio de Lorenzo, consume, y no abrase.* Lenocinium est incendium, dum caeleste habetur philtum: igneque expectat, ut icto corpore gaudeat; quippe quam per ignem victum probatur, quo amore tam diligit, quam diligitur.

Lenocinium est incendium, dum caeleste habetur philtum: igneque expectat, ut icto corpore gaudeat; quippe quam per ignem victum probatur, quo amore tam diligit, quam diligitur.

17 Proba me Domine & tenta me, dicebat ex persona Laurentij Paltas David, uti observat Augustin. term. 30. de *Sanct.*

Maluend. Maluend. *Proba me, & eleva me. Ure res meos, & cor meum.* Probatur sane Laurentius igne: quomodo igitur elevabitur ictione? Quid quod ut fulgeat robur tanta virtutis, ictio renum & cordis? Respondet Augustinus ibid. *Duplici se postulat igne comburi.* Non fat unus ignis? Duplex? Sancti.

August. *Si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret Renes: cor autem nisi flamma Christi non urit.* Latera torreatur igne mundi: ceterum cor flamma caeli. Si iam de caelo missus ignis, quod materialis? Si cor calet, quorsum ad latera applicatio flammaram? In refrigerium. Flamma materialis est frigida, dum urget divina flamma. Aetum levat respectiva frigiditate: postulatque Laurentius igne duplici comburi; ut teneat vitam per terrenam flammam: quippe illico, si a tyranno non applicatur, igne divino morietur. Virtus illius longe lateque rutilatura per tormenta loquacia. Tyrannus vivum sollicitabat tenere, caelum trahere; quanvis sibi complacbat de virtute Laurentij: duplexque flamma apponitur, dum viriliter pro fide preliatur; ut subsistat pancraticae & athleticae, in ignibus caelesti, atque materiali: igitur si tyrannus applicasset flammam, caelesti flamma perdidisset vitam. Uterius Laurentius vult exuri, sed non uri. Exureretur & ureretur, modo praecordia non ureret divina caelestis flamma; & ignis illi non nocet, quanvis caro laterum corruptibilis ardet; quippe quem corde caelestis fovit, ignem terrenum activitate compressit. Pro philtro divini amoris fatagebat ignis materialis, de cuius nobili triumpho cor fulgebat prorsum possessum a Deo. Hoc Laurentij votum, ac ex ignibus gaudium; quia ex ignium pugna luget caelestis victoria: & modo cor occupet caelestis ignis, rogat, quod urantur renes; siquidem illicto corde frigiditate flammam,

Sine igne tyranni moreretur.

constabat gaudere philtro, quanvis ureretur caro. Duplici postulat igne comburi, ut possit in probatione elevari. Pugna ignium necessaria pro victoria, ut in pectore Laurentij niteret caelestis flamma: igitur dum caro a tyranno crudelissime uritur, ignis ab igne cordis quasi corpus urebatur. Rapiuit ignis ignis dominium, appositi in refrigerium: etenim cum igne caelesti arderent praecordia; frigida tyranni flamma. Non percudit fulmen laurum, ut notant Ravisius Text. in *Officini*. lib. 7. cap. 17. Sueton. in *Neron*. cap. 69. & Pier. Valerian. ubi supr. Si non laurum, quid Laurentium?

Ignis ab illius igne uritur.

18 Fictum a Graecis Cupidinem iaculo vicisse fulmen. Hinc inter Epigrammata ditlichon;

Perfringunt, penetrant, urunt mea spicula Graec. Epig. *fulmen:*

Scilicet binomen est mihi Pandamator.

Ita Alciatus *Emblem*. 107. accinit in proposito;

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne Alciat. *Dum demonstrat uti est fortior ignis amor.*

Ignis uterque, aperto Marte, confecit conflictum, sed fulmen amisit triumphum; igitur apparuerunt frigiditas, quas vomebat vibrans flammam. De vehementiore activitate erat pugna. Invincibilis ignis intra praecordia: & dum flamma confertur flammam, virtus fulminis iacet sine virtute; quia ignis fulminis e regione aeris, fulmen amoris e regione cordis. Duplici Laurentius postulat igne comburi. Fulmen emitebat tyranni furor; fulmen sagittam e corde Laurentius vibrabat amor: at quid ex eventu certaminis?

Confictus fulminis & amoris.

Res mira! Crematur Igne ignis.

Idem.

Quid materialis, si amoris igni cedit ignis caelestis? Vicit Laurentius, ubi ignibus decertabat tyrannus: iam non mirum, quod exhibetur ut novum; equidem celsio necessaria materialis flammam, quando Laurentius ultus fulmen habebat in corde. Inquiretur passim cur Pyraustae vivant in flammis? Vide *Plin. lib. 11. cap. 36.* Aliqui asserunt propter frigoris intentionem: mihi placet, propter intensiorem ignem: unde flamma ardenti avi, volitantique non nocet; quippe intensiorem ignem habet, quam recipit. In craticula iacet Laurentius Pyrausta singularis, usus & non usus inter ignes; ullo latere, sed illafo corde: igitur vel in ipso effectu flammam, vorantis ignis compescuit activitatem; quippe flammam habebat in pectore superiore. Fovetur ignis caelestis, quo mundi frigidus ignis: unde cum am-

Cur Pyraustae in flammis degat.

plio-

Laurentij embli. ma.

Mortin.

Tamaz.

Plalun. 58. 5.

Genebr.

Quare immortali, quousque existitur ignis.

Verf. a. Maluend.

plioem ardorem Laurentius ultus haberet, quam ab ignibus illatis ingeri a tyranno posset; refrigerabantur viscera, quoniam externa frigidissima flamma.

19 Dolebat furiose tyrannus, unde exultabat Laurentius. Cuiusnam victoria? Dicite, & discite, quam maior flagret sub pectore flamma.

Ille urit tamque artus, passisque medullas: Hic autem irrepens interiora vorat.

Succinit Roscius Hortitius in *Triumph. Martyr*. Fab. 18. Prius decantatum ab Ecclesia apud Tamaz.

Savit ignis exterioris Intus savire nefcius, Nam resistit potentior Ignis alter interior.

Notum fac mihi Domine finem meum, dicebat Regius Paltas. An votum Davidis? *Hominis aspuantis,* subdit Genebrardus hic. Laurentij votum est, cuius in pectore flagrat cor. Quare igitur quaritur vita finis inter ardentes carbones? Erat inter duos ignes. Uterque in exterminium, quippe incendium. Ex igne materiali exterminium carnis: ex caelesti, halitus cordis: inquiretur Laurentius, ex quo igne procedet finis; quoniam si privatur ignis materialis refrigerio, igne morietur divino. Propter defectum caloris, vel proportionatae humiditatis fit compositi deficitio: quippe vita constet ex horum concordia nexu. Duplicem ignem patiebatur Laurentius: & exitus e vita ex quo igne perspicue ambiguus: igitur tyranni igne sensibili deficiente, igni cordis deficiebat quod humidum radicale. Savit ignis exterior, & magis interior lavit, sed in ignem exterioriorem carnis; quoniam cordis flammam erat combustibilis ignis: notusque iam finis vitae, ex cordis altuantis activitate; quoniam Laurentius non moritur, quousque flamma ignis exterioris extingatur.

20 Hinc premiserat: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea ardescet ignis.* Maluend. *Ardebit ignis: comburetur ignis.* Si ignis, quid mirum, quod ardeat? Cor ardebat: & non comburit ignis, ubi occurrit flamma cordis. Ardet ignis: quis non ardet? Ignis qui Laurentium urit: etenim per cordis flammam, ignem iniectam combustis tanquam materiam. *Comburetur ignis.* Quonam igne? Flammam pectoris: ignis vel in igne non est calor, dum cordis accedit fervor. Ardebat ignibus corpus: concaluit cor intra pectus. Si cor calet, ignis materialis deficit: exprimiturque cor ignium, dum exterioris con-

sumitur incendium; igitur Laurentius non poterat ultus mori, nisi amoris aspuantis flammam caelesti. Felix Martyris incendium, *Cui pruna dignam pepererit nomine Lauri.* Amor tyranni videtur, dum caro patitur; per odiumque diligit, quem igni torquet: igitur per tractus varios cruciaminum, deduxit usque in Emptyrium. Verus objicitur Hercules, triumphans de flammis. Accinit Seneca in *Exo*, vers. 1608.

Morcell.

Esse iam flammam nihil Offendit ille, qui sub casu Herculis Virtute vinci docuit indomita omnia.

Seneca.

DIDASCALIA V.

Gertrudis dilectae cor primas summus gratiae Dei.

Unde & ubi felicitas humanae conditionis? Stoicus Cordubenf. inquit: & cap. 8. de *Vit. beat.* Galilioni respondet: *Rectior universi Deus in exteriora quidem tendit: sed tamen in totum unquam in se redit. Idem nostra mens faciat, devinciat summum bonum.* Quis ergo obtinuit huiusmodi apicem felicitatis? Electa e millibus dilectissima Gertrudis: igitur non solum in cor summum bonum attraxit, sed studioso devinxit.

Seneca.

Hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa: Signaque dat nutu, sollicitatque notat?

Ovid. 1. Fall. v. 417.

Charitas olim pingebatur hoc schemate, ait Alapide in 3. *Cant.* vers. 10. *Virgo* (scilicet *facie rosea, alis instructa, in capite gestat coronam auream, carbunculis distinctam: digitus ornatum annulo pyropis radiante, una manu gestat cor rubicundum flammam vibrans; altera arcum & sagittas ignitas.* Claret in forma, Gertrudis Magnae excellentia: equidem quae charitatis, sunt ornamenta Gertrudis. Virgo Sponsa charior est, & charior cunctis; ornatur alis, quae usque in thronum scandit, corona gratiarum fulget, annulis charismatum coruscant, corda fidelium sagittat; quippe in proprio corde ostendit, quem e throno in pectus Sponsum amore traxit, & vinxit.

Imago Charitatis. Alapid.

Mente Deos adijt: & qua natura negabat Usibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Hinc lib. 1. *Infinuat, Div. piet.* cap. 3. dicitur: *Hanc Sponsus invenit, hanc respexit, bancque denique sibi elegit.* Ne mireris si Sponsus dicitur ibid. cap. 4. *Ego totus sum illius: nempe, cui me tota affectione interioris amplexus tanquam captivum tradidi.*

Ca-Gertrudis.

Ovid.

Callaen.

Amoris Gertrudis claret insigne trophaeum, quandoquidem traxit ipsum amorem captivum. Amor de Deo triumphat. Puella demonstratrigitur corde traxit, quam primum vidit.

Mat. 11. 11.

Elogia Baptistae.

Chrysolog.

Alapida.

Miraculum mundi.

Chrysolog.

Cognovit clausus a quo gratiam accipitur.

August.

Virgil. Catacl.

Unde cognovit Gertrudis, iacens sub primava vinculis transgressionis: Peregrina prorsum inter natos mulierum: quidem inter homines singulare miraculum; quod infans cognosceret, in quem oculos intendere, ut gratiam sanctificantem acciperet. Illa tota futura caelesti Sponso, quod ostendit primo oculorum aspectu, lumina pridem claudens, & post aperiens: equidem cum in mundo non mundi, sed Sponsi prius oculos aperuisset Sponso, si prius Sponsi occurrisset imago. Satagebat illo in articulo, ut grata fieret; & minime videbat per quem grata illic foret: internè ad baptismum ducta vidit; & singulari miraculo statim lumina aperuit, cunctis ex visione visa peregrinum miraculum: miraculum, quia videbat, quem cognoverat: peregrinum, quod cognosceret pro gratia, in quem ad gratiam visura. Quod supra atatem miris operibus, divinis attribuitur potestibus: magna Gertrudis futura: etiamque vel ex tunc magna: quoniam exprimit perfectionis magnitudinem, ut videat, praecognoscere dilectum ante visionem.

Ante meos oculos presido est tua semper imago Et videor vultus mente videre tuos. 4. Causa indicatur, quod supra lib. 1. cap. 2. Sibi (dicitur) eam ex utero matris segregaverat Sponsus. Iam enim, uti Baptista, antequam nasceretur, cognoscebatur. Notus & ante Deo, quam pareretur homo. Claruit ab utero matris segregata, quando imago Sponsi clausis oculis obvia: equidem cum pridem esset praeventa benedictionibus dulcedinis, atque pota torrente caelestis inundantis voluptatis; & signis a corde acceptis internè, venit, ut vidit, in cognitionem Sponsi: igitur videns cognovit; & prius sanè cognovisset, si prius obviam. Nonnunquam sequentium miraculorum illustratio mirifica, apprimè comprobatur segregationem ex utero matris; igitur tunc in corde, dilecti Sponsi sigillatur effigies: Gertrudisque iam praeventa, & illustrata adhuc pupa, ut Sponsum vidit, illic oculos aperuit; quippe perperam obvia imagine praeterire quibat, quem iam in corde tenebat. Iam in corde? Utiq; Manens manebat; est phrasia Petri, de qua nobis Tom. seq. Tautolog. 4. Manens manebat, quasi quid manere possit, quin maneat. In Gertrude ante baptismum videatur, quod uti novum objicitur: igitur dum vidit, habuit Sponsum antequam haberet; quoniam manebat Sponsum per gratiam auxiliatricem quousque baptismate acciperet & in perpetuam mansionem. Sic micat, quomodo inspec-

Gertrudis oculos clausit, & quousque Iesu Christi aperuit.

Ovid.

Venanti.

Unde cognovit.

Ador. 4.

Ex tunc in cor traxit.

spe.

specta ab Sponso, vulnerato uno oculorum intuitu: equidem si amor comprobatur gratia; claret (antequam maneret) nimis, quod prima Gertrudis oculorum visioni, uti Sponsus occurreret salvator mundi. Exprimi Castannia super cap. 12. lib. 1. Divin. piet. insnuat. Sic ergo Sponsum Sponsam e millibus electam alloquitur. Ego prior intuitus sum, & ex oculis meis emicante luce, per tuos oculos in tua illapsus viscera, cordis tui tenebras illustravi: meque ut noscas, intuearis & ames, tribui: ac mea transformavi. Iam enim imagine erat Gertrudis accensa, ubi ex oculis per oculos ingressa flamma. Gratia expulit tenebras cordis, & iam Sponfa Gertrudis: igitur ita a dilecto diligitur, quod viderit, ut videatur.

Castann.

Cognovit, vi dii, amavit.

Ioann. 1. 29.

Verf. 33.

Baptista, dii occurrit Christi facies cognovit, & signis coram.

Christus amor eius praevinit amorem.

tur eius solummodo quaerit pectus, qui nisi ad illum habet oculos clausos. Alij ibi erant, exterum Christo quasi non essent ibi: & inter turbam adstantem, Iesum Baptista cognovit ad se venientem: quippe tantummodo veniebat ad illum, qui adhuc ex utero matris iam praesenserat adventum. Ad se venientem vidit, cum vidit venire. Ostendit oculis quicquid latebat in corde, in quo imago Salvatoris imprimenda, supernaturalis conferendo charismata: & cum baptizari a Christo cuperet, & venientem videret, ad se venire cognovit; quippe ad illum dantaxat veniebat Christus, qui pro dono baptismi in ipsum fississet oculos.

Qualem, quantamque assimilabimus Gertrudem, dum eisdem signis Baptistam cunctis signamus maiorem? Claudie Gertrudis oculos, quia necdum venerat Christus: imago Sponsi occurrit, & oculos statim Gertrudis aperit; siquidem eius fatiantur imagine, quem non habebat in corde. Ut corde haberet, videre fatigit: ipsumque cognovit, dum oculos clausos aperit quoniam ita cordi inhaeret, ut nisi ad Sponsum oculos non aperiret. Necdum erat baptizata, verum cognovit in Sponsum per spicam: equidem si Christus cognoscitur, ubi cum gratia recipitur; praeventa claret a gratia, claudens & aperiens lumina: igitur a Gertrude Sponsum per imaginem cognoscitur, & priusquam baptizaretur. Quasi specimen futuri amoris, lumina abscondit Gertrudis, & dum oculos aperit, Christus occurrit; ut amoris demonstrationi responderet munus gratiae, appareretque in dulcedine praeventa, ante susceptum baptismum: equidem si pro Sponso aperiantur Gertrudis oculi; Sponsum iam erat ibi. Oculos Sponfa aperuit, vidit, & Iesum ad se venientem cognovit. Cordis quarebat habitaculum, qui pro tunc tantum habebat oculorum hospitium: & vidit ad se venientem dono baptismi, ut posset manere in corde: etenim per sublimes conferendas gratias, in eius corde habiturus delicias. Ni Sponsum veniret, necquicquam illa videret; quae tantum ad illum habebat oculos: venit illic Christus; & venisse patuit: siquidem signum, quod Iesum veniret, dum illa oculos aperuit.

Prius cor Gertrudis Sponsum sensit, quum oculos aperiret.

Visum Sponsum praevinit.

Ovid.

Pariter cum caelo vidit amantem. Nunquam oculos statim declinare in terram, sed in Sponsum totius gloriae celsi gloriam: a Sponso illustri miraculo munerandus, oculorum Gertrudis etiam primus aspectus: igitur cum ex illo ab illa illi deditur cor; Iesum statim vidit venientem ad se.

Mo.

7 Modus & finis considerandus. Per oculos Christi flamma illapsa in Gertrudis viscera. *Ut noscas, intuearis, & ames: ac mea imagine accensam, absorptamque in me transformati.* Ex cognitione intuitus, ex intuitu dilectio, ex cunctis in Christum Sponsæ etiam pupæ transformatio? O summitas divini amoris cor Sponsæ habentis in delicijs? Nos (ait Paulus) *revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Quomodo in hominibus huiusmodi forma? A gratia. *Per reflexionem radiorum lucis Christi, sicut lucidi luce fidei & gratia,* ait Alapide. Ubi non videtur Solis facies, splendoris nec species; quoniam ex claritate visæ imaginis oritur claritas, & videntis percipitur: est claritas claritatis in videntem claritatem, manantis ab oculis insipientis: non potest esse conformitas, quin sit huiusmodi claritas: unde cum videntis obiecto mirabili conformetur, ubi facies videnda revelatur; Paulus gloriæ sollicitus accepit conformationem & transformationem, quia revelatâ facie vidit imaginem. Sciat Pater cœlestis dona gratiæ, ut homines fierent conformes imagini filij sui; igitur per gratiam facies revelatur in gloriam, qua transformatio sit animæ per claritatem claritatis obiecti: gloriamque Domini Paulus speculatur, dum revelatâ facie Christus videtur; ut pateat inauditum privilegium per singulare miraculum: equidem omnimodò transformatio cordis facta, duntaxat filij imagine sola visâ. Clarus in propositum. Summum est amoris studium, cor transformare in dilectum, qui exponitur, ut ametur, diligibilis, ubi demonstratur facies. Illam Christus studiosè demonstrat, ut animas ad se trahat, atque charitate accendat, ducens de claritate in claritatem, in gloriæ dispositionem: cognoscitur, videtur, amatur; itaque amore anima in illum convertitur. Hic gratiæ communis ordo specialis fuit in Paulo; ut à claritate visus videretur summa claritas, & repentina conformitas: igitur si ex facie revelata, non ex imagine visâ fit conformatio; magna sanè ad amorem dispositio, quod duntaxat per imaginis visionem, in eandem Paulus transfomaretur imaginem.

8 Imagine Sponsi Gertrudis dicitur accensa, imò in dilectum absorpta, ac in illum transformata. Quò convertitur ante baptismum Gertrudis, si Sponsi gloriæ necdum revelata facies? Faciem avertit, quippe quem videt, non videt: dilataque oculorum conversio, quousque di-

Ubi sup.

2. Cor. 3. 18

Alapid.

Magna dilectio ubi in corde species, cuius effigies in oculis.

Cor Pauli flagrant in amore Christi.

ledi videretur imago. Ante baptismum Christus inspicitur quasi in effigie: post baptismum revelatâ facie. Quantam molem in eius corde charitas disponebat, quòd nec imaginem præterire quibat? Sic transivit de splendore in splendorem, de claritate in claritatem: igitur facies Sponsi claritate revelata, post claritatem ex imagine visâ. Claritas facta ex reflexione radiorum Sponsi, necdum revelatâ facie: revelatur per baptismum, ut unum sit cor amantium: videtque imaginem, in cordis conformationem, priusquam Gertrudis sacro lavacro potiat, ut in eandem imaginem amore transformaretur. Non fit conformatio nisi claritate duplici: Gertrudis illuminatur Sponsi imagine, & Sponsi susceptione. Imagine accenditur, susceptione conformatur: necesse utique quòd in se, quem viderat, transformeret; ubi Gertrudis de claritate in claritatem processit. Videris. *Sicut ego sum figura substantia Dei Patris in divinitate* (dicit Gertrudi Amasius, lib. 2. *Insinuat. cap. 6.*) sic tu eris figura substantiæ meæ ex parte humanitatis, suscipiens in tuam deificatam animam emissiones meæ divinitatis. Ab effectu elacet, quid ex imagine amanter visâ suscipitur in eandem profectò imaginem transformatur: equidem si Sponsus crucifixus (ut primùm vidit) obijtor; ut præ se ferret sigillum conformationis, figura nitet Gertrudis crucifixæ humanitatis. Similitudo erat Sponsi, pendens in cruce: factaque signaculum similitudinis, ubi vulnera fulgebant in medio cordis. Non solum itura Sponsa de virtute in virtutem; sed per eximias virtutes de claritate in extremam claritatem, qua non tam transformatione fulgeret, quam deificatione rotigaret; igitur quæ ex apertis primùm oculis, signaculum lucebat similitudinis; gratiarum inundatione erat figura substantiæ. In nube percussa à Sole similis videtur Sol, quorum discretio non est. Nubes uti Sol fulget, quia Sol respexit, ut ait Silvester à Petra Sancta, lib. 1. *Heroic. Symb. 2.* Sol facta Gertrudis, visâ imagine Solis. Quia respexit, ita luget; quin alioquantum distinctionis signa, in eandem Solis imaginem transformata. Gratus oculis error.

Idem in utroque relucet.

9 Respicendo Gertrudem etiam Sponsus invenit. Sollicitè sanè quæsit, Ceterum quo intuita? Elucet ex inventionis gaudio. *Ego* (inquit quo supr. lib. 1. cap. 12.) *neque in cœlis, neque in terris quid reperio, in quo sine te oblecter: & hoc modo semper in te oblector, cum omnibus in quibus*

Christi in Gertrudi corde necdum revelata facie.

Castana. Quo figura substantiæ humanitatis Christi.

Ezech. 28. 12.

Petra Sancta.

Claudian.

de 1

delector. Unde Castanniza quasi exponens excessum, insit: *Tanta est mihi pulchritudo tua, adeoque te summâ cum voluptate intueor, & te cogito; ut in te maximè mihi inesse videar, & in te vivere.* In cor amore nobilissimo traxit. Hinc illi, lib. 2. cap. 15. dixit: *Virginea mater tua te filiolum dilectum uteri sui, reddi sibi à me repetijt. Reddidi, sed immaculata mater tua immaculatis manibus suis porrexit mihi te virginalem parvulum, amabilem infantulum, quasi totis conatibus in amplexus meos nitentem.* Dilectus à Gertrude Gertrudi, & ad se conversio eius: equidem quæ vivit non vivit sibi, sed ei qui in Gertrudis vivit corde (de quo inf. num. 19.) throno charismatum, epilogo deliciarum, gloriosâ gratijs Gertrude; quia vita Iesu manifesta in eius carne mortali. Sanè: qui gaudet gloria essentialis delicijs, ita delicijs habet in Sponsæ corde; ut nec in terris, neque in cœlis quæ florent oblectamenta, sine illa videantur ut non plenissima gaudia? Quid hæcine virguncula, ut magnifices sic, & apponas erga Gertrudem cor tuum? *Scias* (dicit illi, lib. 3. cap. 18.) *quòd ego ex toto corde meo desiderabam te.* Gertrudem? Quam ergo? Dicam cum illa ibid: *Et quid Domine divinitas tua inde gloria consequi delectatur?*

10 Ipse post dicit. Modò discutendum difficile testimonium. *Ubi eras* (lobum alloquitur Dominus) *cum me laudarent simul astra matutina, & jubilarent omnes filij Dei?* *Ubi eras,* desiderium exprimit, quasi præsentia in voluptatem deficeret. Quid deficiat, absente lobo, quod possit à Deo exprimi desiderio? Est illi à se & per se essentialis gloriæ plenitudo. Si in accidentale gaudium extenditur desiderium; sunt illi plausus gratulantium Angelorum. Ibi delicia & in cœlis, quibus plauditur: cur ergo aliud & ex terra queritur? In pectore lobi cor Domini collocandum, ad amoris vehementissimi signum: & cum delicia eius sine esse cum filijs hominum; quantumvis in cœlis Deus haberet delicias, cui cor tradidit inquiri anxie, *Ubi eras?* Ubi? Ubi, si de te tota cordis voluptas? Si in te delicia ubi eras? Non mihi plenitudo oblectationis, plauso ab Angelis, & in cœlis: quandoquidem si tibi tradidi cor, non plena plenissima beatitudo sine te. Ubi aliquid in gaudio desideratur, sollicitè inquiritur. Particeps illius plausus non poterat esse lobus, qui non præfens, sed futurus: & cum ex gaudio amici percipiat gaudium, nullumque, etsi summum, ni relexum in

Castan. Delicia Iesu Gertrudis.

2. Cor. 5. 15

Quibus gratijs?

Iob. 38. 4. 7.

Delicia Dei cum filijs Adam.

amicum; habens in cœlis inter Angelos delicias, dicit amico, *Ubi eras?* Impleter præsentia tua vel inter Angelos gaudia: equidem totam habere deliciarum plenitudinem; modò tecum, in delicijs, cui tradidi cor, haberem. Quidni desideret, de quo gaudet? Quæ delicia, sine corde, in quo delicia? Ubi eras, quando ex te plena accidentalitatis hilaritas? Igitur non plena, cuius non particeps, cui tradendum pignus cordis.

11 Causa disquirenda: ipse dignatus humiliter interrogat Deum: *Aut quid* (Hebr. *Uti quid*) *apponis erga eum cor tuum?* Si in cœlis simul laudant Angeli, cur cor in signum amoris tradidit homini? *Iobus plena imago Salvatoris,* inquit Pineda præfat. in Iob cap. 7. num. 5. Non mirandum admirandum Dei studium, ubi videtur dilectionis meritum, ex cuius signis expressa imago deliciarum cordis: etenim cum similitudo amorem conciliet, & per gratias insignes ignem demonstrat; cum lobum videret, cor apud illum deposuit: quasi oblitus & abdicatis cœli gaudijs, querit thronum cordis hominis: siquidem necessarium, visa imagine, quòd cor apponeret in imagine filij. Quanvis in gaudia laudent astra matutina, & laus sit plena & sonora; audit quæ in cœlis, & cor tendit in intima cordis, quo magis oblectatur; etsi in cœlis & ab Angelis laudetur: igitur illi nil magis placet in homine puro, quam præ paritate cordis filij plenissima imago. Filius Dei est imago Patris: cordis deditio demonstratio amoris; habet Deus in cœlis ex Angelis accidentalem gloriam; sed cor non apponit, quasi non haberet plenam quippequam præ amore reputat quasi gloriæ plenitudinem, ubi in puro corde videt propriæ imaginis imaginem.

12 De Alexandro, ut alibi notavi, dixit floridè Seneca: *Inventus est qui aliquid desideraret post omnia.* Ita Sponsus Gertrudis, erga quam cor apponit præ amore cordis: omnia habet, & cuncta gaudia: Gertrudemque desiderat post omnia; quoniam in eius corde delicia plena. Laudant in cœlis astra, nimirum natura Angelica: & præ dulcore ex puritate Gertrudis, plene non oblectatur in cœlis; quoniam plenam arbitratu delectationem, in corde humano videre Angelicam puritatem. In cœlis & in terris delectatur, sed sine corde Gertrudis non reperit delectabile neque in terris neque in cœlis. Aliquid post omnia concupiscit: & in Gertrude habet omnia; quippe omnino plenum gaudium, ubi non est de-

Iob. 7. 17.

Pined.

In corde hominis, filij imago gratissima Deo.

Seneca.

Gertrudis cordis dulces de Sponsæ deliciarum plenitudo.

Q999

si

fiderium. Hoc modo (dicit) in te delector, cum omnibus in quibus delector: delectatur omnibus, sed post omnia in Gertrudis transit pectus, in cuius corde cum omnibus & de omnibus est omnimoda oblectatio; quoniam in Gertrudis corde deliciarum plenitudo. Hoc modo in te delector, cum omnibus in quibus delector; quia totius cordis incunctitas: cum non esses, ubi eras? Ex toto corde desiderabam te. Ubi eras? Ubi, dum plaudebant Angeli? Si mihi plena voluptas, ubi cor tuum; non plena, si sine te. Deficiebat in complementum voluptatis, voluptas dilectæ cordis: mihi que iam plenissima tecum gaudia; quoniam non desiderata desiderata præsentia. Ubi eras, dum eram inter Angelicos choros? Desiderabam participem, & aberat cui cor darem. Ubi eras? Ubi? quia concupivi, est rex, decorem tuum. Ubi eras? Equidem delicia, que delicia sine te? Ubi eras, cum mihi delictum, tibi communicare delicias? Quod gaudium, ubi non tecum? Ubi pro sigillo oblectaminis amoris tuum dilectissimum cor; quando nec in terris invenio, neque in caelis, quo delecter sine te? Habeo iam per tuam præsentiam, quod corde, & toto corde desiderabam: iam ergo delicia delicta tecum, quippequam præsentia tua cordis plenissimum gaudium.

13 Comprobat Virgo Mater, in quo delectatur puer. In sinu purissimæ Matris plauditur & applauditur; sed in amplexu Sponsæ puerulus nititur. Mater pignus cordis petit, sed filius manet in Gertrudis corde. Repetite, reddi sibi filium postulat. Nil mirum: Sponsa è sinu matris rapuerat. Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Videtur dulcissima Gertrudis thronus obtabilis Deitatis; dum ad illum filius Virginis rapitur: relinquit matrem, cum in thronum, atque in Sponsam dilectione ducitur: etenim si cor Gertrudis deliciarum plenitudo; est in corde Gertrudis tanquam in throno. *Quæ est mater mea?* Virgo virginum, totius gloriæ beatissimum complementum: & relinquit? Non relinquit, sed simul trahit: non relinquit, sed dum videtur deferere, amorem Sponsæ expressit: igitur indicat Sponsæ charismatum excellentiam, dum talem ac tantam matrem deserit propter Sponsam. Gertrudis ab illo plauditur *Lilium electum*: quid non Sponso oblectaminis inter electa, si pascerit inter lilia? O Virgo! ò cœlum! ò cœli gloria! Nec te quaeris extra. Quid non intus habes? Amor candida lilia dulcedine carpit: Iesus cor

Apoc. 12. 5.
Thronus Sponsæ.
Marc. 3. 33.
Lib. 1. c. 4.
Lilium electum.

Tangit, & admissis circum præcordia ludit. Perf. 14. Sic in Gertrudis insignitur munere Virginis-Matris; & etiam summè honorificat illam Pater celestis: quandoquidem apud Gertrudem, dum demulcet, cor apponit. Amoris ac gratiarum claret studium, ubi cordis Dei cor Gertrudis fit depositum, Signum & magnum ostenditur. *Quid Domine divinitas tua inde gloria consequi delectatur?* Sicut filius est figura substantiæ Patris in divinitate; ita Gertrudis est figura substantiæ humanitatis Christi. Pater tam in gloria, quam in pena. *Talem* (dicit illi Amasius) *apud me suscepisti glorificationem, qualem perfectissimus corpus meum suscepit in monte Thabor, ut ego dulcore charitatis illectus, gratulabunde de te dicere possim: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quid illa? Accepi (inquit) tenerum puerulum præcordijs meis impressum: Ecce tu aderat insignis vulnus cordi meo. Intus quasi corporalibus locis cognovi impressa colenda illa & adoranda sanctissimorum vulnura tuorum signata. Vidit Pater in cordis delictum, filij tam crucifixi, quam gloriosi speculum: corque apponit, ut summum amorem indicet: equidem summè conciliat amorem, ad vivum videre propriæ imaginis imaginem. Diligit Pater quod filius diligit. Cor Gertrudi filius dedit: & apud Gertrudem etiam Pater cor apposuit; quippequam Patri gratissima de imagine imaginis complacentia. Necessarium planè, quòd dignanter cor apponeret Pater æternus cordi Gertrudis, cui cor traditurus Filius. Modò respondetur quæstioni propositæ à Gertrudis humilitate, nimis in, ex tot erga illam beneficentiæ signis, quid gloriæ in gloriam divinitatis? *Amor proprii cordis facit, dilectæ Amasius respondet.* Magna amori confona magno, quippe diligentes me diligo: & ita magnum in corde confassi amorem, ut memet tibi tanquam captivum traderem.*

15 Amoris Gertrudis exponitur magnitudo: verum quam ad amoris summitatem, ac fastigium demonstratio? *Si ego* (dicit Gertrudis Sponso lib. 2. cap. 16.) *in persona propria habere possem omnem gloriam debitam tuæ benignissimæ innocentia, eam libentissimè abdicarem, ut te in tua innocentia rederem laudabiliorum: etenim tua omnipotentia vocat ea, que non sunt, tanquam ea que sunt.* Similia de Augustino legi, est in Augustino non legi. *Domine* (inquit) *valde exultat anima mea, dum cogitat, quod tu sis Deus. Verum si per impossibile fieri posset, ut Augustinus esset Deus,*

Perf. 14.
Perf. 14.
Lib. 3. c. 11.
Lib. 2. c. 14.
Ibid. cap. 4. & 5.
Cuius signata in Gertrudis corde.
Lib. 3. c. 18.
Votum clarissimi Augustini.

Deus. *Et tu esses Augustinus; omnino vellem esse Augustinus, ut tu esses Deus. Revertuntur Rosinol. lib. 5. de Perfecti. Christi. cap. 20. & Cornel. Lancillor. in Vit. Aug. lib. 3. cap. 42. Sensum voti videris apud Maximilian. Sandæm, in Clavi Theolog. Mystic. & Alapid. in Eszobiel. 8. vers. 3. Non amans satis facere sibi videtur amor, ni adoratur impossibile. Ambulabimus in nomine Dei nostri in æternum & ultra. Nichil profectò ultra æternum, quo pectoris æluantis comprobatur studium; sed eius fidei magna exponitur demonstratio, quam vigilantè ostendit hyperbolica locutio: etenim ita in corde erga dilectum facij amoris studio, ut æternè esset amor, est defectura æternitas, Ad Tom. 1. Tautolog. 3. Didasc. 1. à num. 12. Spatia imaginaria dicuntur, quæ non sunt, nec possunt esse; quæ de causa imaginantur. Vide Dionys. Areopag. de Divin. nomin. cap. 1. & Augustin. lib. 11. de Civit. cap. 5. Amor sanè ingeniosus (annunciatur inter gentes studia eius) flamma urgente, & flagrante charitate: igitur invenit locum, ubi nec ullum spatium. Hinc Gertrudis, omnipotentia imitatrix, ut voto inaudito demonstratio amoris sit, vocat ea que non sunt, tanquam ea que sunt. Quod optat, nec est, nec potest esse; verum amor fatiatur impossibili: & quod non est, amans vocat, ut cordis ignis notescat: etenim libenter pro Deo se abdicaret Deitate; si esset Deus, & posset fieri. In quas potentias Domini Gertrudis non introivit, dum huiusmodi demonstrationem per excessum cogitavit?*

16 Intueamur huius voti quasi per umbram signum, quo Ioannes maior lucebit inter natos mulierum. Venit Iesus, ut baptizaretur ab illo, cœloque aperto, Filij Dei gloriam vidit, quippe Pater adhuc sub velamine humanitatis ostendit, testante divina voce: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Tunc Iesus à Ioanne in montem recessit, ut ieiunaret, & demonem vinceret. Ioannes interim viso totius gloriæ theatro, ut pateret mundo, ait: *Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Quando ergo testimonium perhibeo? Quando miserunt ad eum Iudei Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, *Tu quis es?* Quid ergo ille? *Confessus est, & non negavit: & confessus est, quia non sum ego Christus.* Messiam hominem Deum in Ioanne satagebant invenire; & ultra illorum cogitamen, singularem insignem viderunt hominem. An esset Christus interrogatus, dicit, *Non*

Mich. 4. 5.
Unde summitas amoris?
Rom. 4. 17.
Impossibilia cogitat in obsequia.
Matth. 3. 17.
Ioan. 1. 34.
Yerl. 20.

sum ego Christus. Ego non Christus, sed merus homo; ego quippe solus ego: quandoquidem si Christus etiam connotat divinitatem, *Ego & Christus* implicat contradictionem. *Non sum ego Christus*: ita amore flagrat pectus in celestis divini Patris imaginem; ut quavis fuisset, non essem; equidem si per impossibile ille Deus non esset, & ego essem; esset Deus impossibili pratico, abdicatà divinitate pro merito igitur constare nequibat eminentis cognitio perfectionis, sine abdicazione habitæ divinitatis.

17 Nescio an hoc intuitu dictum: *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & divinitatem.* Christus divinitatem habebat, equidem prædilatantem est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis; meritaque elogium exprimit, ubi Christus dignus divinitatis iudicatur, quam iam habet; ut Christum laudantium astrueret votum, habitæ divinitatis quam dignum: siquidem visis meritis, & summæ eminentiæ perfectionis; dignus, quòd divinitas ornaret, modò divinitatem non haberet. Hinc votum Præcursoris, ex suppositione impossibilis. *Non sum ego Christus*, sed homo purus. Non sum, nec habere possum Dei hominis gloriam, quam vidi in Christo iuxta fluminis ripam. Ille est ergo Dei filius, à Patre ac aula celestis plausus. Cognovi, quam magnus, cognovi, quam dignus, & cognovi, quam perfectus: ille, non ego sum, Deus: verumtamen illo in tractu si Deus essem; illi totam divinitatem abdicarem, ut cognovi perfectionem. *Ego Deus & non est alius*, dicitur à Domino. Eodem acumine Deuterom. 32. 12. *Dominus solus, & non erat cum eo Deus alienus, & v. 39. Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me, de quo fusc egimus Tautolog. 4. à num. 15. Deus, Deus est, & non est alius, imò nec potest esse. Si ille solus, quorsum ergo non est alius? Ut constaret ex non entitate expressio amoris electissimæ Gertrudis, ex demonstratione optativæ voluntatis. Ille solus: non est alius: sed si posset esse Deus alius; voto Gertrudis Deus esset, & esset solus: quandoquidem si illam Deitatem haberet; ut Deus haberet, libentissimè abdicaret. Non habet, & gaudet, quòd ille habeat, & solus habeat; quia habere meretur solus: caterum si non haberet, quod solum habere & non aliter cognovit (cum perfectionis summitas sit ipsa Deitas) cederet Gertrudis Deitatem, ut summam Sponsæ præcognovit perfectionem, Gloria Sponsæ est illi gloria præ amoris ex-*

Amor sui in ris non est.
Apoc. 5. 12.
Offert dilecto non nisi quod habet, sed quod non habet, nec potest habere.
Matth. 23. 22.
Deuter. 32.
Votum Gertrudis de Deitate abdicatæ, quam insigne!

cellentia, emanante charitate ex cognitione perfectionis summe; perfectioni cedat gloria Deitatis, quam propria conditione nequit habere Gertrudis; in amoris magni excessum, pectus Sponsa erupit in paradoxum: equidem propter Sponsi perfectionem, gloria Deitatis sese abdicaret; si illam gloriam haberet, & dare posset.

a. Cor. 5. 13 24.

Unde origo huiusmodi vocis?

Bernard.

Caietan.

Plaut.

Excessus mentis constat excessus amoris.

18 Sive mente excedimus Deo, sive sponsum sumus vobis, charitas Christi urget nos: dicebat Corinthijs Paulus. Hic excessus mentis dicitur supereminentia rationis; quæ quia supereminentia, designatur uti infantia: diximus Tautolog. 7. D. 5. a. n. 12. signatque Bernardus de Natura & dignitat. amor. cap. 3. subdens: Nonne mentis bene affectu sana quædam videtur infantia, cum impossibile sit effectui? In rem ergo Caietanus: Intendit (ait) per excessum scribere proprias conditiones, excellenti laude dignissimas. Actus non est secundum humanam rationem, imò reputatur insanire: sed secundum Deum, quia ratione Dei à nobis fit. Ratio itaque reddatur non tendendi ad propria; ex eo quod sive excedimus seu insanimus scribendo excelsiora, quam decere videatur; hoc non nobis, sed Deo conferimus. Elucet Gertrudis votum, quod nequit exponi nisi per mentis excessum: equidem quod cogitat in Sponsi gloriam, humanam omnium excedit intelligentiam. Apud Plautum in Trinum. Act. 2. scen. 1. v. 10. vocat Artes Amoris:

Igitur ubi non plus, plus invenit amoris ars; ut ingenio mirifico, artificio glorioso per excessum mentis, pateret cunctis, quantum excessus amoris. Excessus mentis est, ubi propositam amantis, quasi excesserit mente, intendens in impossibile. Impossibile prorsum, Gertrudem habere gloriam Deitatis; sed habet gloriam amoris, qui non tendit in propria, ut plus effulgere per impossibilia possibilia: igitur cum amor non sit summus, quin mentis intercedat excessus; cogitat Gertrudis possibilem impossibilem Deitatem, ut per excessum mentis promat vehementem amorem: nullaque maior dilectionis vehementia in impossibili gloria; quam cogitare ut dilecto iure cederet, quod si possibile, nequaquam cedere posset. Excessus amoris est, sese & omnia Sponso tradere, quod possibile. Est excessus etiam ultra excessum amoris, qui fit per excessum mentis, & videtur vel amantibus per non excessum infantia, in qua tota amoris gloria: Deitasque à Gertrude abdicatur, quæ non habetur; ut expositione impossibilis coruscet excessus mentis: quandoquidem sine mentis excessu

non posset cogitare, quod nec cogitari posset.

19 Vidimus excessum, consideremus impulsam. Tam in Paulo, quam in Gertrude excessus amoris & mentis est. Unde igitur? Charitas Christi urget nos. Quis, vel compos, habeat mentem, Christi contemplans amorem? Amori amore respondendum: & redamatio difficilis, ni sit per excessum mentis. Bonum voluntatem trahit: summum bonum etiam urget, ut præ amoris vehementia optentur impossibilia: equidem si impossibile hominem Deitatem habere; magis impossibile (si in impossibili impossibile magis) divinam cognoscere perfectionem, & perfectioni divinæ non cedere Deitatem. Abdicari non potest, quod non habetur, & urgente Christi amore, præ amore desideratur; ut clareat excessus mentis impossibilibus votis: equidem Deitatem præ flamma dilecto cederet, modò Deus non haberet, & amans posset. Paulatim ascendit anima, & in fastigio non attendit ad propria, in quo perfectionis summa.

Divitias mentis locuplex in amore voluntas. Diligit se homo propter se: propter se etiam diligit Deum: diligit Deum non iam propter se, sed propter ipsam: diligit denique eminentiore gradu. Felix (inse Bernardus de Diligend. Deo, cap. 10. num. 27.) qui meruit ad quartum usque pertingere: quantum nec seipsum diligit homo nisi propter Deum. Amor iste mons est, & mons Dei excelsus. Etiam Augustin. serm. 256. de Tempor. subdit: Dominum enim amamus, quo nihil melius invenimus: ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipso, tamen propter ipsum. Charitas Christi urget, ut & qui vivit, iam non sibi vivat, sed tantum per quem vivit. Modò Deitatem sibi haberet (si haberet secum) Gertrudis; nequaquam esset excessus amoris. Sese diligeret, quia sibi secum haberet: amorque vehementis, quicquid sibi gloriæ, habet dilecto, non sibi. Unde cum sit amantis cordis in excessu fastigium, nec se diligeret nisi tantum ob dilectum; claret excessus amoris suppositione impossibilis: igitur Deo Deitatem cedit Gertrudis, cum Deus non sit; ut offendant nec se amare, nisi tantum propter Deum. Sibi Gertrudis summum debet amorem, si posset, quam habet Sponsum, possidere Deitatem. Sponsum diligit, cui gloria se abdicaret, si propriam gloriam haberet, ut amoris innotesceret perfectio, hyperbolico huiusmodi paradoxo: liquidem liquidò demonstretur excessum, cum summe amaret ultra amorem summum. Revelata

Ibid.

Amor potens cogitare, quod cogitari non potest.

Arator.

Eius gradus

Bernard.

Augustin.

Vecl. 15.

Excessus amoris Gertrudis.

Ubi supr.

Galat. 2. 20.

Transformatio ex amore

Arator.

Eius gradus

Bernard.

Augustin.

Vecl. 15.

Dion. Areopag.

Unde constat excessus amoris

tà facie Gertrudis gloriam Domini specularatur; ut de claritate in claritatem in eandem imaginem transformetur. Non rapinam arbitrata est, etsi in forma Dei esset, quæ figura substantiæ humanitatis Christi: igitur vehementi, excessivo amore cum pectus ardeat; gloriam Domini specularatur, ut cedat. Propter illum sese diligit: & ita in gloriam eius intendit, ut amor cordis voto mirabili astruatur: etenim impletura quod promittitur, si in eandem imaginem ab illo transformaretur. Ascendit in montem dilectionis excessum, excessu mentis & excessu amoris: quippequam novo, singulari amore, ac ex mente illuminata videbatur sine mente: ceterum novo prodigio, ex voto novo: igitur ita Sponsum sibi officiosè demeruit, ut in cor captivum traheret.

20 Vivo autem, iam non ego: vivit verò in me Christus, dicit Paulus. Plura in sentiam testimonij alibi sparsimus: modò verò novà luce donemus. Ut Paulus promat sui amoris excessum, profert huiusmodi testimonium: igitur ita in Christum rapitur per dilectionis flammam; ut nec propriam habeat vitam. Ita siquidem philosophià amoris, quia nec sui iuris sunt amantes, viventes duntaxat in dilectis. Unde si Christus amator enixè à Paulo, nil mirum, quod ipse dicat, Non ego: iam igitur transformatus in Christum, per charitatis excessum. Attamen contraria dicit, ubi amorem suum exponit: etenim non se in Christo vivere ait; sed e conversò Christum habitare in se: non cor Pauli in vita Christi, sed Christum in corde Pauli. Unde ergo in peccatore Pauli Christus, si præ amore Paulus in Christum ferendus? Dicit, Vivit in me Christus (inse Dionys. Areopag. de Divin. nomin. cap. 4.) mentis excessum patiens. Quid quòd excessum pateretur mentis, ut forma perturbetur amoris? Nequit esse amor summus, quin mentis amantis detur excessus. Amore communi amans in dilectum fertur: amore excessivo qui diligitur, rapitur; Christusque vivit in peccatore Pauli: ut constet Paulum excessivè diligeret. Amor sanè, quo cor in dilectum fertur: ardens, quo dilectus trahitur: equidem si amoris gloria dilecti astruatur præsentia: in Christum Paulus tractus amore vehementi, dum videtur gloriosus in corde Pauli. Per effectum divinæ redamationis cognoscitur cor amantis. Regnat insignis dilectio, ubi insignis redamatio. Magna, quàm à Christo tractum cor: summa si raptus à corde; quippequam amoris excessus, modò in corde vivat Christus, Paulum non decet magnum, sed sum-

um, ubi charitatis ingeniosè ministerium; igitur non tam dilexit, quàm summè dilexit; cum per excessum amoris in pectus dilectum traxit.

21 In corde Gertrudis invenietis me, dicit Sponsum. Tanta huius anime delectatione afficior. Ego enim illam singulari modo præ alijs inhabitandam mihi elegi. Vid. quo supr. lib. 2. cap. 4. & 17. Hæc à me inventa, ut inveniat me; cuius mihi singulari modo summè dulcissimum cor. In Gertrude? Sanè, ibi delicia. Si illa à te rapitur tracta, quomodò tractus ab illa? Si in illa vivis, proculdubio traheris. Unde suavissimum phyltrum? Per amoris vehementissimi excessum: equidem ni vehementer amaret, in cor minime rapuisset. Ardet amore profectò cor; ubi Deum diligit summum bonum, propter se. Huc fertur. Altius flagrat, ubi summum bonum rapitur. Excessus videtur amoris, ubi amor ipse detinetur in vinculis: Christilique in Gertrudis corde præparat habitaculum, propter amoris excessum; equidem in summum excedit amantis cor, dum nec se diligit nisi tantum propter Deum. Nequaquam quiescit, qui verè diligit: non tantum tendit in ardua, verum in impossibilia. Illud excessus amoris: hoc prociòd excessus mentis, quod peratur dilectio summa per amantis desideria; quatenus de throno rapit, per quem in thronum ascendit. Unde cum ex raptu clareat, quantum cor Gertrudis Sponsum diligit; ibi Sponsum invenitur, ubi captivus à Gertrude trahitur. Si cælum Sponsi sedes, cælum Christo cor Gertrudis. Traxit flagrantis pectoris fervor.

Caraa.

Gertrudis in cor per amoris excessum rapuit Sponsum.

Ovid.

Castan. Thronus eius

Ibid.

Thesauraria gratiarum.

Ecce

22 Quam Sponsum celestis respexit, & in requiem invenit, etiam elegit: sed quorsum? In thesaurariam gratiarum. Hinc ille Mechthild de Gertrude dixit, quò dudum, cap. 4. Nusquam optatori, congruentiori modo me invenire potes, quam aut in Sacramento altaris, aut deinde in huius meæ dilectæ corde. Si in Sacramento est memoria mirabilium, cor Gertrudis hominibus sacramentum: igitur quasi in Eucharistia (qua mirabilium memoria) ut homo inopiam bonorum elevet, divitias gratiarum velut effudit. Effulgurent mirabilia. Quantum unusquisque per te sperat accepturum, tantundem à me absque dubio obtinebit. Quicquid præterea cuicvis nomine meo promiseris, hoc tibi certissime præstabo. Ita lib. 1. cap. 15. & 17. Quid Domine? Totum quod petitur à Gertrude? Et quantum unusquisque possit: Nil mirum; in thesaurariam elegit.

Chrylog. Ecce una puella (inquit Chrylogus serm. 146.) sic Deum in sui pectoris sinum capit, recipit, oblectat hospicio, ut concedat pacem terris, caelis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis. Per gratias igitur amor dignoscitur: & per Gertrudem omnes gratie dispensantur; ut per concessas gratias, appareat in Gertrude quanta dilecti voluntas.

Ioan. 14. 14. 23 Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, dixit asseclis Iesus. Magnum profecto nomen, cuius comites gratia: nihil sub caelo altius huiusmodi nomine, quo conceditur quodcumque. In aliquibus invenitur aliquid: in Iesu nomine omne: igitur iam partum, dum invocatur, totum, & quodcumque petitur. Corinthij receperunt fidem, & illico patuit, quam beneficium nomen. Audiamus ex Paulo. Gratias ago, quod in omnibus divites facti estis in illo. In omnibus divites, qui pridem omnino pauperes per datum nomen divitiarum plenitudinem: siquidem non solum nomine nati sunt gratias, verum in cunctis etiam gratiarum divitias. Argentum & aurum non est mihi, dixit gratiam expectanti Petrus. Mihi, sed habeo tibi pretiosum super aurum & argentum. Accinit Arator, lib. 1. in Act. v. 253.

Nomen Iesu thesaurus gratiarum.

1. Cor. 1. 4. In omnibus divites, qui pridem omnino pauperes per datum nomen divitiarum plenitudinem: siquidem non solum nomine nati sunt gratias, verum in cunctis etiam gratiarum divitias.

Act. 3. 6. Argentum & aurum non est mihi, dixit gratiam expectanti Petrus. Mihi, sed habeo tibi pretiosum super aurum & argentum. Accinit Arator, lib. 1. in Act. v. 253.

Arator. Nulla hic mihi vena metalli.

Nihil est, sed praesens nomen Iesu. Iam dives factus, qui iacebas inops: igitur si claudus libere ambulat; per nomen enim habes, & plus quam perebas. Si divitias cupis, divitias habes: mihi non est argentum & aurum, sed habeo tibi nomen super aurum & argentum; quippe in illo copia omnimoda gratiarum, & gaza miraculorum. Si argentum & aurum quaeris, ubi sint, audis. Quaecumque aestimabilia hoc in nomine sunt omnia. Audi nomen, & recipies sanitatem.

Prov. 22. 1. Melius est nomen bonum, quam divitia multae: super argentum & aurum gratia bona. Habes iam quod non habebas: habes quas ignorabas divitias: quandoquidem in hoc sine facto nomine omnes cumulatur gratiae. Melius est, quo pretiosius acquiritur: tibi quoque nomen inigne conceditur; etenim acquies pretiositate nominis, gratiarum quicquid volueris. Hoc nomen novum, quod nemo scit nisi qui accipit: igitur qui nescit, pluris aestimat argentum & aurum: qui scit, vel totum despicit mundum; quia quantum nomen cognoscit, ex his quae petit: equidem lucratur nominis invocatione, quod nequibat pretiosa opulenta mundi. Nomen novum est, siquidem non tantum vox. Dat Iesus voci suae vocem virtutis; & qui acci-

Apoc. 17. Graia Iesu prompta.

pit, cognoscit virtutem vocis, cumulat gratijs & divitijs: quandoquidem gratia gratis acquiritur, & etiam quodcumque petitur. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo. Non caro emuntur divitiae. Habebitis, si petatis. Facilis gratia ex nominis opulenta: igitur ut acquirantur opes, tantum expenduntur preces.

24 Scrutemur testimonium. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Ordo locutionis inverti videtur. Faciam? Faciet, quippe a Patre indigens in nomine Christi petit. Nullo modo. Homo petit in nomine meo. Non faciam ut fiat; sed ego faciam. Facere fieri, notat diversam erga gratias voluntatem, & etiam iudicium in concessione: & dum nomine Christi votum ingreditur Patris portam, Christus dicit: Ego faciam; quippe ad gratias conferendas, inter Patrem & Filium una voluntas. Signatur acceptio Patris vel pronuntiatio nominis; quippequam Filium dilectus, in quo sibi bene complacuit: Christusque dicit Faciam, quum Pater gratiam concedit; igitur sufficit in nomine Christi, corditis dilecti, votum, ut a Patre signetur ratum & firmum. Vernacule: Si se pide en el nombre del Hijo, se da por hecho. Aliud restat explorandum. Si quid petieritis me (inquit Aleron N.) in nomine meo, hoc faciam. Singularis stylus! Me & In nomine meo? Utique, id est, me per me; ut non obtent demerita supplicium ad concessione gratiarum: equidem est interveniant demerita; a me per me conceditur gratia. Aliter cogito. Me in nomine meo: nempe, per vulnera mea; quia uti dixi, Tautolog. 2. Didasc. 6. num. 7. Iesu nomen nomen novum, quippe nomen vulnerum: nihilque illi magis commendabile ad dona, quam pro hominibus ab hominibus accepta videre vulnera. Vulnera videt in corde Gertrudis, dum pro hominibus ad illum per ipsam mittuntur preces. Quidni per illam conferenda gratia, ubi nomen Dei in illa? Profecto nomen gratiarum, si nomen vulnerum; & pro Gertrudis voto, dicit in nomine meo; quoniam si nomen Sponsi nomen vulneris, dicunt signata cordis. Ex eius nomine cuncta charifinata: ex nomineque claret, Gertrudis quam gratas; igitur pro collatione muneris, audito nomine satis. Faciam, ait Sponsus. Ratificatur preces, modo os aperiat Gertrudis? Profecto. Ratum a Sponso, quod ab illa petitur: si a Gertrude prolatum, totum acquiritur: siquidem ad operatas gratias, dum mundi accedit necessitas, per amorem in

Verf. 14.

Vulnerum.

Quae in Gertrudis corde.

Eius & Christi si idem velle.

utroque unica tantum voluntas. Petite homines, & accipietis. Vel difficulta nil habent difficultatis: quodcumque in ordine gratia sit, proculdubio ratum est: equidem obtinebitis interventione nominis, & quodcumque petieritis. Promptum sane donum, & quicquid & quantum quisque sperat accipit: igitur si acceptio dilectionis Sponsae gratiarum exprimitur plenitudine; magni a Sponso vel nomen Gertrudis sit, quo petentiam beneficia, etiam satiatur spes.

25 Nunquam illi, quodcumque a me petierit, negabo, dicit dilectus lib. 1. cap. 11. Per manus innotescit amantis pectus. Esti ingentem cupias gratiam, Nullam patiere repulsam.

Castan. Hoc faciam. At occurrit, quodam tempore auxilium & petenti Gertrudi denegasse. Necessesse est (ait ibid. cap. 14.) in praesentiarum hanc precem tuam non exaudire. Quomodo quicquid rogat Gertrudis, ille faciet, si modo quasi confusum repellit? Maior ergo difficultas exurgit, ubi Sponsus etiam repellendo favet. Causa quare (infit) electorum meorum preces interdum non exaudis; inter me & te non habet locum: quoniam per gratiam meam tua voluntas adeo mea unita est; ut aliud atque ego nequeas velle. Unde nequit velle aliud, si vult oppositum, quod repellit necessarium? Illa volebat, ille nolebat. Iam aliud inter utrumque velle. Quo ergo pacto velle & nolle non est aliud? Quomodo Gertrudi concedetur, id quod Sponsus inficiatur? Mulcet Gertrudis precibus in gratijs conditionalibus: igitur Gertrudi propter repulsum concessum, quod alijs denegari necessarium. Sponsus fecit, quod abnuit, obijcens repulsam, ut auget gratiam: siquidem preces Sponsae ira gratas; ut pateret vel repellendo idem velle. Expectabat Gertrudis instantiam, ut repelleret repulsam: quandoquidem ut ille petita faceret; volebat quod illa peteret. Si Gertrudis non vult, nisi quod Sponsus vult; beneficium denegatum ratum est, etenim si illa volebat petitionis effectus, idem volebat Sponsus: quia vult dulci amore, quo flagrabat, quicquid illa & sicut illa volebat. Causa quare aliorum electorum preces interdum exaudiuntur, interdum non exaudiuntur; inter illum & illam non habet locum: siquidem praenimio amore in utriusque voluntate idem nolle & idem velle. Non habet locum. Quoque minus dubites, quod vis pete munus, & illud Me tribuente feres.

Ovid. Me tribuente feres.

Feres, est negavero, quia negare non pos-

Quomodo inter utrumque contrarias, & eadem.

Ovid. Me tribuente feres.

sum, quod per te promisi hominibus patrocinium: igitur quas per alios negaturus, habebunt gratias, si modo petas.

26 Potens est autem Deus (Corinthios alloquitur Paulus) omnem gratiam abundanter facere in vobis. Id est, in omni negotio, in omni tempore. Vide Alapide. Non solum exprimit beneficentiam, sed gratiae copiam; Omnem gratiam. Pendamus verba. Omnis gratia convenientem & non convenientem amplectitur. Non est gratia, quae non in commodum datur. Unde vel Ethicus de Deo lib. 2. Benefic. cap. 29. inquit: Quicquid nobis negatum est, dari non potuit. Si non potuit dari, non quia dari non potuit, sed quia potens in comoda non concedit non omnem gratiam amor potens elargitur: quomodo omnis gratia petitioni conceditur? Quomodo erit accipienti gratia, ex qua nulla convenientia? Gratia omnis est gratia conveniens & non conveniens. Si quia nocens non annuitur, qua lege omnis gratia collata, quoniam petitur? Est gratia absoluta, & gratia conditionata. Respetu supplicantis, quae inconveniens potest esse conveniens. Qualem solvit Gertrudis. Illi ob singularem gratiam Sponsus confert, quod alij precanti beneficium non concederet. Non oportet facere, quod fieri haudquam oportet; nisi fiat petentis meritum ratione, & facere & oportere. Conveniunt quae non conveniunt dona, dum convenire faciunt supplicis merita: Gertrudique conceditur omnis gratia; quippequam gratia speciali ex eius interventione, facit gratiam convenire.

Senec. Quicquid nobis negatum est, dari non potuit.

Omnis gratia conceditur per Gertrudem.

27 Ulterius. Concedere gratiam convenientem; erat conferre gratiam, sed non gratiam abundantem. Potens est Deus meritis Gertrudis omnem gratiam abundanter facere in vobis. Gratia est, in commodum accipientis beneficium: abundantia gratiae, quod nocet, facere commodum; & Gertrude intercedente, gratia Sponsus concedit copiam; quippe illa facit convenire gratiam. Prompta sane e caelo gratia & omni negotio & tempore, est non sit in negotium tempus, quo sublevarit a doloribus inops: igitur si, quae conveniunt, concedit Sponsus dona; semper conveniunt a Gertrude petita, quippequam quae vota implorant, urget etiam ut conveniant. Necessesse est (inquit Sponsus) in praesentiarum hanc precem tuam non exaudire; ut cognoscas exaudire semper. Tibi concedere oportet, quod non oportet concedere, & oportet in gratiam denegare. Potens est autem Christus facere omnem gratiam, quanvis incon-

In quo singularitas in interventione.

gruam;

grau: retrahiturque à concessione, quia nequit fieri nisi conditionate: omnique gratia & abundanter conceditur præ amore Dilectæ; quippequam Sponsus cuncta concedere potens, modo pro cunctis cuncta petierit Gertrudis.

18 Et interventionis utilitas. Verùm videnda negationis necessitas. *Necesse est in presentiarum hanc precem non exaudire.* Ergo post exaudienda in patrocinium, quod minimè oportebat in presentiarum. Occurrit mirabilis repulsa, seu potius spectabilis gratia. *Accesserunt Iacobus & Ioannes, filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus ut quoadunque petierimus facias nobis, Magister.* Meritum ludicum titulo discipulorum. Sane pruriunt ambitione, ubi non factis quod satis, sed *quoadunque.* Dedecorant Magistri iustitiam, huiusmodi ambientes gratiam, quasi discipulis in maiestatem throni sufficeret tantum petere. Audivit Magister bonus, quid illi peterent præ bonitate Magistrum iustitiam, ut unus ad dexteram eius, cæli ad sinistram sederet in throno gloria: dixitque illis, *Sedere ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.* At quibus paratum est? Illis, si illis, quomodo verum *Non vobis?* Ut fulgeret gratia in ipsa gratie repulsa. Ipsis concedenda secundum merita selsio, sed non modò. Modò repelluntur à gratia, ut concederetur postea: ostenditque simul supplicantium merita; quippequàm illis negaverat, quod illis tantum concessurus erat. Aliter. Thronos concessit, dum Virgo Mater poposcit. Vide Novarin. hic. Iam illorum petijt mater.

Marc. 10. 35.

Ambitiole vobis iustitiam.

Verf. 40.

Preteritor gratia, qua conceditur repulsa.

Matth. 20. 20.

Quam vobis iustitiam intercessio!

Bloss. Quanta Gertrudis cum Sponso familiaritatis?

29 Astruat Castanizza in Gertrud. vit. fol. 22. in collationem, Ludovic. Blossij insignem auctoritatem. *Dominus tam amenam habitationem sibi in ea præparavit, tam suaviter cor suum erga illam apposuit; ut nisi homines scirent potentiam & bonitatem eiusdem Domini esse interminam,*

vix credere possent illum tantam amicitie familiaritatem præ excellentissima matri sua demonstrasse in terris, quantum huic virgini demonstravit. Etiam oportet; quæ non oportebat gratia; quia Gertrudis petijt gratiam, ut oporteat: simulque ut concedat, Sponsus amovet: igitur ita eius precibus sibi placet; quod gratiam denegaret, ut iterum illa peteret. Necesse in presentiarum inficiari gratias, ut denuò petas. Quanta per illam Sponsi gratia, dum signum concessiois est repulsa! Altiori intuitu Gertrudi gratiam petitam negaverat, quam illi tantum concessurus erat. Singulare hoc privilegium Gertrudis: per illam Sponsus favore indignis: dignosque facit, quoniam illa petit. Gertrudem vidit, illam ut thronum invenit, elegitque pro sublevatione hominum, in charismatum thesaurum. Quis non diligit Gertrudem, in illa inveniens non tantum gratiam, sed omnem? Ut cuncta tanquam è divite fonte hauriret, cor illi amanter aperuit.

Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me Munera sunt.

Virgil.

DIDASCALIA VI.

Martinus gemma Præsulum.

Quicquid in Præsulibus desiderat Paulus, ostendit in regimine singulariter Martinus.

Summus Ecclesiæ fulgor, *In quo post vitæ tempora vivit honor.* Canit Sidonius Apollinar. *Epist. 18.* Huiusmodi homines (si homines huiusmodi) inquit Seneca de Provid. cap. 6. *Nati sunt in exemplar.* Quippini in exemplar, qui totius Ecclesiæ iubar? Si lucerna super candelabrum, habemus nobile exemplar in exemplum. Ergo videamus, quomodo accenditur, & quomodo extinguitur.

Ambiani tremulam cernens Martinus egenum, Dimidia chlamydis mox ope membra tegit. Sed coram Angelicis turmis se hanc nocte silente

Pauperis in specie Christus habere refert. Accinit Venant. Fortunat. lib. 10. Carm. 1. verf. 1. *Solyson cum aliquando Dario privato dedisset vestem, ad eum regem adjit, & principatum obtinuit:* ait Brietius ann. Mund. 3542. & Gyrald. de Vrand. ingrat. Imperator Christus regnabat in cælis, quum

Sidon.

Senec.

Martini cibat.

Venant.

Briet.

à Martino honestatur nuditas pauperis: sed deque cum veste in folio, ut doni accepti eius fulget acceptatio: igitur fulget in cælesti Imperatore, quod privato duntaxat concessum pauperi. Exaggerat pretiositatem vestis, missæ Sponsæ novæ Iasonis, vafra Medea, dicitque apud Euripid. v. 954. *Ornatum quem olim Sol Pater dedit posteris.*

Enripid.

Que vestis Solis.

Psal. 15. 11.

Unde tanta acceptio muneris

Altius profectò æstimatur Martini donum, dimidiâ chlamyde coopertiens egenum: siquidem Sol iustitia in cælis habet, quam vestem Martinus dedit.

2 *Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me letitiâ cum vultu tuo:* quod dicebat Psalmographus, profertre potest Martinus. Via ad vitam est sublevata pauperis: vita, catholica fides: & vias vitæ habuit Martinus notas, dum sublevata paupertas; ut pateret quanti meriti futurus, qui miles sicine in pauperes pronus: etenim pauperem proprio cultu decoravit cum catechumenus esset. Qui hoc in statu suo in via vitæ, non in vita, quia deest ex baptismo gratia. Magni utique est, nudari propter pauperes, illos, qui in gratia iam sunt: notæque factæ Martino vig vitæ, honestato paupere; & simul quantus futurus, quando populi regimnis grave susceperet onus: igitur fecit catechumenus in vitæ semita, quod alij minimè faciunt in vita. Meritò huius singularis obsequij præmium respondet, vel in cælo singulare. Præmium est, ubi ex acceptione elemosynæ letitia: verum non letitia plena, quousque acceptoris demonstrat facies: Martinusque adimpletur letitia, vultu in cælis accipientis; quippe Christus demonstrat in gloria throno, quem cultum pauper acceperat à Martino. Virtus Dei vel in somnis signum specialis gratiæ, quoniam speciem gloria. Martinusque vultu Christi lætificatur, quum eius ornatu induitur; quia non tam insigne quod vestem Christo donasset, quam quod Martinus catechumenus fecisset.

Esther 6. 10

Merita Reipublice commoda. Cap. 21. 5.

3 *Sedebat Mardocheus ante fores palatii Assueri Regis; cumque per neprem monuit de periculo capitis.* Rependit Princeps obsequium, data facultate ingrediendi palatium. *Precepit Rex, ut in aula palatii moreretur.* Perpende ut: non dixit *Quod.* Quod spectabat in præmium denunciantis: *Ut quasi finis, in utilitatem Principis:* etenim Principi afferebat gloriam, quod tantus ac talis homo ingrederetur in aulam. Quodnam ab illo non illustre facinus, qui tam illustre patravit necdum ingressus? Licet facinus in commentarijs scriptam, à memoria obliteratum: duntaxat re-

gia quælibet celebrat etiam utiles ministros; si viderit necessarios: maximarum enim literarum obviat litura, etsi videant commentaria. Casu accidit memoria facti in exaltationem Mardochei. Unde percussus Princeps ait: *Quid pro hac fide, honoris ac premij Mardocheus consecutus est?* Dixerunt ministri: *Nihil omnino mercedis accepit.* Quomodo nihil accepit, si Princeps donis delationem muneravit? Quippe si facinus illustre, magis ac magis à presentis status conditione. Ante fores palatii, ut ingrederetur, erat: tunc etiam fidem erga Principem nunciabat: meritoque à Rege extollitur, à ministris quoque plauditur; cuius fides ita magna, antequam ingrederetur. Ampliora meruit, qui tantam fidem exhibuit: prestare debet culmen honoris, dum præstat peccatoris fides: nihilque accepisse honoris dicitur, quum muneribus magnificis decoratur; quia exigua videntur cuncta, præ regi præstita gratia: igitur si fides amoris signum, & munera præmium; cuncta præstita nihil, quasi non aliquid, fidem præstanti magnificam, antequam regis favore ingrederetur in aulam.

Cap. 6. 3.

Æstimatione iustitiam ante tempus.

4 Ingressus est Martinus, ubi baptisum gratiam suscepit. Iesum in veste divisa vidit.

Dum chlamidem Martinus inops divisit egeno,

Christus ea memorat se bene veste tegi. Plura & ampliora ab alijs susceperat Christus: cur igitur ex dimidia chlamyde tantus plausus? Acturum dicit: *Martinus abduc catechumenus hac me veste contexit.* Ecclesia Catholica est aula cælestis regis. Sunt catechumeni ante huius palatii fores. Ingrediuntur in regiam, dum baptisum accipiunt gratiam: & vestis Martini catechumeni vel in gloria folio plauditur; quia illam Christo ministravit, priusquam Ecclesiæ fores ingrederetur. Proponit Princeps cælicus in fidei signum, celsum à Martino ornatum; ut constet catechumeni fides ex liberali concessione vestis: igitur si fides profutenda in fonte sacro, & vestis Christo confertur à catechumeno; iure in cælis de catechumeno extollitur, quod habere Christo fidem, antequam profiteretur. Quid pro hac fide, honoris & premij accepit? Ipsam vestem Christus induit. Digna sanè cælesti regis; cælestique throno, ut accepta à catechumeno: equidem fidem insignem ostendit Martini peccus, antequam in Ecclesiam concederetur introitus. Quid honoris pro huiusmodi fide? Ni præmium firmaretur è cælo, nihil omnino. Gratia debet esse singularis,

Venant.

Antequam profiteretur, fides à Martino habetur